



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd ieiunium curet vulnera delinquentis. xxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Vt ieiunium absque cibo luxuriæ obseruari debeat.

Caput XXII.

Non dico hebdomadas, non dico duplicata ieiunia, sed *Ex dictis Hierony.*
 (saltem singulos dies absque ciborum luxuria transigamus.

Vt quotidianum ieiunium non sit sine refectione aliqua

Cap. XXIII.

Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectione facietatem fugiens. Nihil enim prodest tibi biduo triduoq; transmissio vacuum portare ventrem si pariter obruatur. Si compensatur saturitate ieiunia, ilico mens repleta torpescit: & irrigata terra corporis huius, spinas & carduum germinat.

De eodem Cap. XXIII.

Sint tibi ieiunia pura, continua, moderaque, id est, quotidie esurire, & quotidie prandere. *Itē idem*

Quod ieiunium curat vulnera delinquentis.

Caput XXV.

Noli adhuc aquam bibere, sed modico utere vino propter infirmitates tuas: curat enim vulnera delinquentis, curatosque sanctificat ieiunium. *Apstol^o dicit.*

De quodam Alcibiade qui sibi graue iugum ieiunii imposuerat.

Cap. XXVI.

Alcibiades quidam erat ex numero eorum qui pro Christo vinciti tenebantur. Hic vitam satis arduam & austeram gerebat, nihil cibi volens accipere, sed tantum pane, & sale cum aqua utebatur. Cum vitæ hunc rigorem vellet etiam in carcere positus obtinere, Attalo cuidam seruo Dei reuelatum est: quia non rectè faceret Alcibiades creaturis Dei, & vellet aliis formam scandali derelinquere. Quibus cognitis Alcibiades coepit omnia cum gratiarum actione percipere: quia quæ illi reuelabat spiritus ut doceret, huic ut sequeretur idem spiritus persuadebat. *Eusebi. in ecclesiast. historia.*

De eo qui sub obtentu religionis sine iussu episcopi sui, vel presbyteri ieiunium sibi imponit.

Cap. XXVII

Vt nemo nisi consentiente proprio episcopo, aut eius missio, ieiunium sub obtentu religionis sibi imponat, vnum diem præ aliis excipiendo, omnimodo interdiciamus, quod & factum displicet, & in futurum fieri prohibemus: quia plus causa ariolandi esse dinoscitur, quam supplementum catholicæ legis. *Ex cõcil. apud Erphesfurt habito, presente Henrico reg. ca. 5.*